

Bibl. Bergm.


N^o 327.

Bergm. Bibl.


Bibl. Bergm.

N^o 327.

66.



EVANGELIUM IOANNIS



Lypsiæ in ædibus Nicolai Fabri
Mense Mar. Anno dñi.
M. D. XXII.

13559



BIBLIOTHECA coll. Bibl. 96.
ACADEMIE
DORPATIENSIS

VITA SANCTI IOANNIS PER DIVVM
HIERONYMVM.

IOANNES apostolus, quē Iesus amauit plurimū, filius Zebedæi, frater Iacobi apostoli: quē Herodes post passionē domini decollauerat, nouissimus omnium scripsit euāgelium: rogatus ab Asiæ episcopis aduersus Cerinthum aliosq; hæreticos: & maxime tūc Ebionitarū dogma cōfurgēs, qui asserūt Christū ante Mariam nō fuisse. Vnde & cōpulsus est diuinā eius natiuitatē edicere. Sed & aliā causam huius scripturæ ferūt: qđ cū legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina: pbauerit quidē textū historię, & vera eos dixisse firmauerit: sed vnus tantū anni, in quo & passus est post carcerē Ioānis historiam texuisse. Prætermisso itaq; anno cuius acta a tribus exposita fuerāt, superioris t̄pis antequā Ioānes clauderet in carcerē, gesta narrauit: sicut manifestū esse poterit ijs, qui diligēter quatuor euāgeliorū volumina legerint. Quæ res etiā διαφωνία, quæ videt Ioānis esse cū cæteris, tollit. Scripsit autē & vnā epistolā, cuius exordium est: Quod fuit ab initio, qđ audiuius & vidimus oculis nostris: quod p̄peximus, & manus nostræ cōtrectauerūt de verbo vitæ: quæ ab vniuersis ecclesiasticis & eruditis viris pbatur. Reliquæ autē duæ quarum principū est: Senior electæ dominæ & natis eius: & sequētis, Senior Caio Charissimo, quem ego diligo in veritate: Ioānis presbyteri asserunt, cui⁹ & hodie alterū sepulchrū apud Ephesum ostendit: & nōnulli putāt duas memorias eiusdē Ioānis euāgelistæ esse: super qua re cū p̄ ordinē ad Papiam auditorē eius ventū fuerit, differemus. Quartodecimo igiŕ anno, secūdā post Neronē persecutionē mouēte Domitiano, in Patmos insulam relegatus, scripsit Apocalypsim, quā interpretant Iustinus martyr & Hirenæus. Interfecto autē Domitiano, & actis eius ob nimiam crudelitatem a senatu rescissis, sub Pertinace principe redit Ephesum, ibiq; vsq; ad Traianum principē perseuerās, totas Asiæ fundauit, rexitq; ecclesias, & cōfectus senio, sexagesimooctauo post passionem domini anno mortuus, iuxta eandem urbē sepultus est.



TRU Raan kogu

294
M741491

EVANGELIUM SECVNDVM
IOANNEM.



IN PRINCIPIO erat sermo, & sermo erat apud deum, & deus erat ille sermo. Hic erat in principio apud deū. Omnia p̄ ipsum facta sunt: & sine eo factū est nihil, quod factū est: In ipso vita erat, & vita erat lux hominū: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non apprehēderūt. Erat homo missus a deo, cui nomē Ioānes. Hic venit ad testificandū, vt testaret de luce, vt omnes crederēt p̄ ipsum. Non erat ille lux illa, sed missus erat, vt testaret de luce. Erat lux illa, lux vera: quæ illuminat oēm hominē venientē in mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum nō cognouit. In sua venit, & sui eum nō receperunt. Quotquot autem receperūt eum, dedit eis vt liceret filios dei fieri, videlicet, his qui credidissent in nomen ipsius. Qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Et sermo ille caro factus est, & habitauit in nobis: & conspeximus gloriam eius, gloriam velut vnigeniti a patre plenus gratia & veritate. Ioānes testatur de ipso, & clamat, dicēs: Hic erat de quo dicebam, qui cum me sequeretur, antecessit me: quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia, quia lex per Mosen data est: gratia & veritas per Iesum Christū exorta est. Deum nemo vidit vnquā vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Et hoc est testimoniū Ioānis, quādo miserant Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas, vt interrogarent eum: Tu quis es? Et cōfessus est, & nō negauit. Et cōfessus est, inquit, nō sum ego Christus. Et interrogauerunt eum: Quid ergo: Helias es tu? Et dicit: Non sum, Et tu propheta ille? Et re-

A ¶

Esa. 40. spōdit: Nō. Dixerūt ergo ei: Qui es, vt respōsum demus tuis qui miserūt nos? Quid dicis de teipso? Air: Ego vox clamātis in deserto, dirigite viā dñi: sicut dixit Esaias ppheta. Et qui missi fuerāt, erāt ex pharisæis. Et interrogauerūt eū, ac dixerunt ei: Cur ergo baptizans, si tu nō es Christus, neq; Helias, neq; ppheta? Respōdit eis Ioannes, dicēs: Ego baptizo aqua, sed medius vestrū stat: quē vos nescitis. Ipse est qui cū me sequerē, antecessit me: cuius ego non sum dignus vt solū corrigiā calciamenti. Hæc in Bethabara facta sunt trans Iordanem, vbi Ioannes baptizabat. Postero die videt Ioānes Iesum venientē ad se, & ait: Ecce agnus ille dei, qui tollit peccatum mūdi. Hic est de quo dicebā: Post me venit vir, qui me antecessit: quia prior me erat, & ego nesciebā eū: sed vt manifestus fiat Israeli p̄pterea veni ego aqua baptizans. Et testat⁹ est Ioānes, dicēs: Vidi spiritū descendētē specie colūbæ de cælo, & māsit sup eū, & ego nō nouerā eū: sed q̄ misit me vt baptizārē aqua, is mihi dixit: Sup quē videris spiritū descēdentē ac manentē sup eū, hic est q̄ baptizat spiritu sancto. Et ego vidi, & testatus sum, hūc esse filiū dei. Postero die iterum stabat Ioānes, & ex discipulis eius duo: & intuitus Iesum ambulantē, dicit: Ecce agnus ille dei. Et audierūt eū duo discipuli loquentē, & secuti sunt Iesum. Cōuersus autē Iesus, & cōspiciat⁹ eos sequētes se, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerūt ei: Rabbī q̄ dicis, si interpretaris, magister, vbi habitas? Dicit eis: Venite & videte. Venerūt, viderūtq; vbi maneret: & apud eū manserūt die illo: hora autē erat sermo decima. Erat Andreas frater Simonis Petri, vnus ex duob⁹ qui audierāt a Ioāne, & secuti fuerāt eū. Reperit hic prior fratrem suū Simonē, & dicit ei: Inuenimus Messiā: q̄ est, si interpretaris, vnctus. Et adduxit eū ad Iesum. Intuit⁹ eū Iesus, dixit:

Tu es Simō filius Iona: tu vocaberis Cephas: quod sonat, si interpretaris, lapis. Postero die voluit Iesus exire in Galilæā, & reperit Philippū, & dicit ei: Sequere me. Erat autē Philippus a Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri. Reperit Philippus Nathanael, & dicit ei: De quo scripsit Moses in lege & ppheta, inuenimus Iesum filium Ioseph Nazarenū. Et dixit ei Nathanael: a Nazareth potest aliqd boni esse? Dicit ei Philippus: Veni & vide. Vidit Iesus Nathanael venientē ad se, & dicit de eo: Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael: Vnde me nosti? Respōdit Iesus, & dicit ei: Priusquā te Philippus vocaret, cū esses sub ficu, videbā te. Respondit Nathanael, & ait: Rabbi, tu es ille filius dei: tu es ille rex Israel. Respōdit Iesus, & dicit ei: Quia dixi tibi, videbā te sub ficu, credis: maiora his videbis. Et dicit ei: Amē amen dico vobis: posthac videbitis cælū apertū, & angelos dei ascēdentes ac descēdentes sup

ET die tertia nuptiæ fiebant in Cana Galilææ (filiū hois. II. Galilææ, & erat mater Iesu ibi. Vocat⁹ est autē & Iesus, ac discipuli eius ad nuptias. Et vbi defecisset vinū, dicit mater Iesu ad eū: Vinū nō habēt. Dicit ei Iesus: Quid mihi tecū est mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater ei⁹ ministris: Quodcūq; dixerit vobis, facite. Erāt autē ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundū purificationē Iudeorū, capiētes singulæ metretas binas aut ternas. Dicit eis Iesus: Implete hydriās aqua. Et impleuerunt eas vsq; ad summū. Et dicit eis: Infundite nūc, & ferte architriclino; & tulerūt. Postquā autē gustasset architriclin⁹ aquā in vinū versam, neq; sciret vnde esset, sed ministri sciebāt q̄ hauserāt aquā, vocat sponsum, & dicit ei: Omnis homo primo loco bonū vinū ponit: & cū inebriati fuerint, tūc id quod deterius est. Tu seruasti bonū vinū vsq; ab hoc tempus. Hoc ædi-

Gen. 49
Deu. 18.

S E C V N D V M

dit initiū signorū Iesus in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suā: & crediderūt in eū discipuli eius. Post hæc descēdit Capernaū ipse, & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius, & ibi māserūt nō multis diebus. Et in p̄pinquo erat pascha Iudæorū, & ascēdit Iesus Hierosolymā, & reperit in tēplo eos qui vendebāt boues & oues & columbas, & numularios sedētes. Et cū fecisset flagellū e funiculis, oēs eiecit e tēplo, oues simul ac boues, & numulariorū effudit æs, mensasq; subuertit. Et Ihs qui columbas vendebant, dixit: Auferte ista hinc, nec facite domū patris mei domum mercatus. Recordati vero sunt discipuli eius, qđ scriptū est: Zelus dom⁹ tuæ exedit me. Respōderūt ergo Iudæi, & dixerūt ei: Quod signū ostendis nobis, qđ ista facias? Respōdit Iesus, & dixit eis, Destruite templū hoc, & in tribus diebus erigam illud. Dixerūt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis extructū est templū hoc, & tu in trib⁹ diebus eriges illud? At ille dicebat de tēplo corporis sui. Cum ergo resurrexisset e mortuis, recordati sunt discipuli eius quod hoc dixisset: & crediderunt scripturæ, & sermoni quē dixerat Iesus. Cū autē esset Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderūt in nomē eius, vidētes signa ei⁹ quæ ædebat. Ipse autē Iesus nō credebat semetipsum eis, eo qđ ipse nosset oēs: nec opus haberet, vt quisquā testaret de hoīe. Ipse em̄ sciebat, quid esset in homine,

C A P V T. III.

ERat autē homo ex pharisæis, Nicodemus nomē, princeps Iudæorū: hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus qđ a deo veneris magister. Nemo em̄ potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit deus cū eo. Respondit Iesus, & dixit ei: Amē amen dico tibi, nisi quis natus fuerit e supernis, potest videre regnū dei. Dicit ad eū Nicodemus: Quomō potest homo nasci cū sit senex &

I O A N N E M

Num potest in ventrē matris suæ iterū introire, ac nasci? Respōdit Iesus: Amē amē dico tibi: nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, nō potest introire in regnū dei, Qđ natū est ex carne, caro est: & quod natū est ex spiritu, spiritus est. Ne mireris, qđ dixi tibi, oportet vos nasci e supernis. Spiritus vbi vult spirat, & vocē eius audis, sed nescis vnde veniat, & quo vadat. Sic est om̄s qui natus est e spiritu. Respōdit Nicodemus, & dixit ei: Quomō possunt hæc fieri? Rñdit Iesus, & dixit ei: Tu es ille magister Israelis, & hæc ignoras? Amen amē dico tibi: qđ scimus, loquimur: & qđ vidim⁹, testamur: & testimoniū nostrū nō accipitis. Si terrena dixi vobis, & nō creditis: quomodo si dixero vobis coelestia, credituri sitis? Et nemo ascēdit in cœlū, nisi q̄ descēdit e cœlo, filius hoīs, qui est in cœlo. Et sicut Moses exaltauit serpentē in deserto, ita exaltari oportet filiū hominis: vt om̄s q̄ credit in eū, nō pereat, sed habeat vitā æternā. Sic em̄ deus dilexit mundū, vt filiū suū vnigenitū daret: vt om̄s q̄ credit in eū, nō pereat, sed habeat vitā æternā. Non em̄ misit deus filiū suū in mundū, vt cōdemnet mundū, sed vt seruet mūdus p̄ eū. Qui credit in eū, nō cōdemnat. Qui vero nō ctedit, iam cōdemnatus est: quia nō credidit in nomē vnigeniti filij dei. Hęc est autē cōdemnatio, qđ lux venit in mundū, & dilexerūt hoīes magis tenebras quā lucem. Erāt em̄ eorū mala opera. Om̄s em̄ qui mala agit, odit lucem: nec venit ad lucē, ne arguant̄ opa ipsius. Qui autē operat̄ veritatē, venit ad lucē: vt cōspicua fiant facta ipsius, quod p̄ deū sint facta. Post hæc venit Iesus & discipuli eius in terrā Iudæā, & illic morabat̄ cū eis, ac baptizabat. Baptizabat autē & Ioānes in Aenon iuxta Salim quia aquæ multæ erāt illic, & veniebāt ac baptizabant. Nondū em̄ cōiect⁹ fuerat Ioānes in carcerē. Orta est autē quæstio ex discipulis

SECUNDVM

Ioānis cū Iudæis de purificatiōe. Et venerūt ad Ioannē, & dixerūt ei: Rabbi, qui erat tecū trans Iordanē, cui tu testimoniū perhibuisti: ecce is baptizat, & oēs veniūt ad eū. Respondit Ioānes, & dixit: Nō potest homo accipere quicquā, nisi fuerit ei datum e caelo. Ipsi vos testes estis, qđ dixerim: nō sum ego Christus, sed missus sum ante illū. Qui habet spōsam, spōsus est: amicus autē spōsi qui stat & audit eū, gaudio gaudet ppter vocē spōsi: hoc ergo gaudiū meū impletū est: illū oportet crescere, me vero minui. Qui e supernis venit supra oēs est. Qui e terra pfectus est, terrenus est, & e terra loquitur.

Mat. 3.
Marc. 1.
Luc. 3.

Qui e caelo venit, supra oēs est: & qđ vidit & audiuit, hoc testat: & testimoniū eius nemo accipit. Qui accepit eius testimoniū, is ob-

signauit, qđ deus verax sit. Nā is quē misit deus, verba dei loquitur. Nō em̄ huic ad mēsurā dat deus spiritū. Pater diligit filiū, & oñia dedit illi in manū. Qui credit in filiū, habet vitā aeternā: qui autē incredulus est filio, nō videbit vitā, sed ira dei manet sup eū. IIII.

Mat. 11.
Luc. 10
1. Io. 5.

VT ergo cognouit dñs, audisse pharisæos quod Iesus plures discipulos faceret, & baptizaret, quā Ioānes: quāquā Iesus ipse nō baptizaret, sed discipuli eius: reliquit Iudæā, & abiit iterum in Galilæā. Oportebat autē eū trāsire p Samariā. Venit ergo in ciuitatē Samariæ, quæ dicit Sychar, iuxta prædiū, qđ dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autē ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigat⁹ ex itinere, sedebat sic sup fontē. Hora erat ferme sexta: venit mulier Samaritana, vt hauriret aquam. Dicit ei Iesus: Da mihi quod bibam. Nam discipuli eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Iudæus cum sis, potum a me poscis, quæ sum mulier Samaritana? Non enim cōmercium habent Iudæi cum Samaritanis. Respondit Iesus, & dixit ei: Si

Mar. 4
Gen. 48

IOANNE M.

scires donū dei, & quis sit qui dicit tibi: Da mihi qđ bibā: tu petisses ab eo, & dedisset tibi aquā viuā. Dicit ei mulier: Domine, neq; quo haurias, habes: & puteus p̄fundus est, vnde ergo habes aquā illā viuā? Num tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteū, & ipse ex eo bibit, & filij eius & pecora eius? Respondit Iesus, & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterū. Quisquis autē biberit ex aqua quā ego dabo ei, nō sitiet in aeternū: sed aqua quā ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitā aeternam. Dicit illi mulier: Domine, da mihi istam aquā vt nō sitiam: neq; veniā huc ad hauriendū. Dicit ei Iesus: Vade, voca virū tuū, & veni huc. Respondit mulier, & dixit ei: Non habeo virum. Dicit ei Iesus: Bene dixisti, nō habeo virū. Quinq; em̄ viros habuisti: & nunc quē habes, nō est tuus vir. Hoc vere dixisti. Dicit ei mulier: Domine, video qđ p̄pheta es tu. Patres nostri in mōte hoc adorauerūt: & vos dicitis, quod Hierosolymis est locus, vbi oporteat adorare. Dicit ei Iesus: Mulier, crede mihi, venit hora quādo neq; in mōte hoc, neq; Hierosolymis adorabitis patrē. Vos adoratis qđ nescitis: nos adoramus quod scimus: quia salus ex Iudæis est. Sed venit hora & nunc est, quādo veri adoratores adorabūt patrē spiritu ac veritate. Nam & pater tales quærit qui adorent ipsum. Spiritus est deus, & eos qui adorāt eū, spiritu ac veritate oportet adorare. Dicit ei mulier: Scio quod Messias venturus est, qui dicit Christus: cū ergo venerit ille, nobis nūciabit omniā. Dicit ei Iesus: Ego sum qui loquor tibi. Et cōtinuo venerunt discipuli eius, & mirabant, quod cū muliere loqueretur. Nemo tamē dixit: quid quæris, aut cur loqueris cū ea? Reliquit ergo hydriā suā mulier, & abiit in ciuitatē, & dicit illis hominibus: Venite, videte hominē, qui dixit mihi omniā quæcūq; feci: num hic

2. Cor. 9.

S E C V N D V M

est ille Christus? Exierunt ergo e ciuitate, & ueniebant ad eum. In-
 terea rogabant eum discipuli, dicentes: Rabbi, comede. Ille autem
 dixit eis: Ego cibū habeo comedendū, quem uos nescitis. Dicebant
 ergo discipuli inter se: Nunquīs attulit ei qđ ederet? Dicit eis Iesus:
 Meus cibus est, ut faciā qđ uult is qui misit me, & p̄ficiā opus eius.
 Nonne uos dicitis: adhuc quatuor menses sunt, & messis ueniet?
 Ecce dico uobis, attollite oculos uestros, & uidete regiōes: quoniā
 albæ sunt iam ad messem. Et qui metit, mercedē accipit: & cōgre-
 gat fructū in uitam æternā: ut & qui seminat, simul gaudeat, & qui
 metit. In hoc em̄ est sermo uerus, quod alius est qui seminat, & ali⁹
 est qui metit. Ego misi uos ad metendū, quod uos non laborastis.
 Alij laborauerūt, & uos in labores eorū introistis. Ex ciuitate autē
 illa multi crediderūt in eū Samaritanorū p̄pter sermonē mulieris,
 testificātis, quod dixisset sibi omnia quæ cūq; fecisset. Cū uenissent
 ergo ad illū Samaritani, rogauerūt eū, ut apud se maneret: & māsit
 sibi duos dies. Ac multo plures crediderūt p̄pter sermonē ipsius: &
 mulieri dicebāt: Iam nō p̄pter tuā orationē credimus: ipsi em̄ audi-
 uimus, & scimus qđ hic est uere seruator mūdi Christus. Post duos
 Mat. 4. autē dies exiit inde, & abiit in Galilæam. Ipse em̄ Iesus testatus est,
 Mar. 6. quod p̄pheta in sua patria honorē nō haberet. Cum ergo uenisset
 in Galilæam, exceperūt eum Galilæi, cum omnia uidissent, quæ fe-
 cerat Hierosolymis in die festo: & ipsi em̄ uenerant ad diem festū.
 Venit ergo Iesus iterū in Cana Galilææ, ubi fecerat ex aqua uinū.
 Et erat quidā regulus, cuius filius infirmabatur Capernaū. Hic cū au-
 disse, qđ Iesus aduenisset a Iudæa in Galilæā, abiit ad eū, & roga-
 bat eū ut descēderet, ac sanaret ipsi⁹ filiū: siquidē is agebat animā.
 Dixit ergo Iesus ad eū: Nisi signa & p̄digia uideritis, non creditis,

I O A N N E M.

Dicit ad eū regulus: Dñe, descēde priusquā moriaſ filius meus. Di-
 cit ei Iesus: Vade, fili⁹ tuus uiuit. Credidit homo sermoni quē dixē-
 rat ei Iesus, & ibat. Iam autē eo descēdente, serui occurrerunt ei, &
 nūciauerunt, dicētes: Filius tuus uiuit. Sciscitatus est ergo horā ab
 eis, in qua melius habuisset. Et dixerunt ei: Heri hōra septima reli-
 quit eū febris. Cognouit ergo pater, qđ illa hora erat, in qua dixis-
 set sibi Iesus, filius tuus uiuit: & credidit ipse & domus eius tota.
 Hoc iterū secundū signū ædidit Iesus cū uenisset a Iudæa in Ga-
 lilæam.

C A P V T. V.

Post hæc erat dies festus Iudæorū, & ascēdit Iesus Hierosoly-
 mā. Est autē Hierosolymis ad p̄baticā piscina, quæ noīatur He-
 braice bethseda, qnq; porticus habēs: in ijs iacebat multitudo ma-
 gna lāgentiū, cæcorū, claudorū, aridorū expectantiū aquæ motū,
 Angel⁹ em̄ descēdebat certo tpe in piscinā, & turbabat aquā. Itaq;
 q primus descēdisset post turbationē aquæ sanus fiebat, a quocūq;
 detinebatur morbo. Erat autē quidam homo illic, qui triginta & octo
 annos morbo tenebatur. Hęc cū uidisset Iesus decubentē, & cogno-
 uisset qđ iam multū tps morbo teneret, dicit ei: Vis san⁹ fieri? Re-
 spōdit ei languidus: Dñe, hominē nō habeo: ut cum turbata fuerit
 aqua, mittat me in piscinā. Sed interim dū ego uenio, iā alius ante
 me descēdit. Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabatū tuū, & ambula. Et
 statim san⁹ fact⁹ est homo ille: & sustulit grabatū suū, & ambulabat.
 Erat autē sabbatū in die illo. Dicebāt ergo Iudæi ei, q sanat⁹ fuerat:
 Sabbatū est, nō licet tibi tollere grabatū. Rñdit eis: Qui me sanū fe-
 cit, is mihi dixit: tolle grabatū tuū, & ambula. Interrogauerunt ergo eū:
 Quis est ille hō, q dixit tibi: Tolle grabatū tuū, & ambula? Is autē qui
 sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset, Iesus em̄ subduxit se qđ

Mat. 9.
 Marc. 2.
 Luc. 5

S E C V N D V M

turba esset eo in loco. Postea reperit eum Iesus in tēplo, & dixit illi: Ecce sanus factus es: ne posthac pecces, ne quid deterius tibi contingat. Abiit ille homo, & nūciauit Iudæis, quod Iesus esset a quo sanatus fuisset, Ac ppter ea psequerant Iudæi Iesum, & quærebant illum occidere, quod ista fecisset in sabbato. Iesus autē respōdit eis: Pater meus ad hoc vsq; tēpōris operat̄, & ego operor. Propterea ego magis quærebāt eum Iudæi interficere, quia nō solum soluisset sabbatū, sed & patrē suum dixisset deum, æqualem se faciēs deo. Respōdit itaq; Iesus, & dixit eis: Amē amē dico vobis, nō potest filius a se facere quicquā, nisi quid viderit patrē facientē. Quæcūq; em̄ ille fecerit, hæc itidē & filius facit. Pater em̄ diligit filiū, & omnia demōstrat ei quæ ipse facit: & maiora Ij̄s demōstrabit ei opera, vt vos miremini. Sicut em̄ pater suscitāt mortuos & viuificat, sic & filius quos vult, viuificat. Neq; em̄ pater iudicat quenquā, sed omne iudiciū dedit filio: vt omnes honorēt filiū, sicut honorāt patrē. Qui nō honorat filiū, nō honorat patrē qui misit illum. Amen amē dico vobis: qui sermonē meū audit, & credit ei qui misit me, habet vitā æternā, & in cōdemnationē nō veniet, sed trāsiuit a morte in vitā. Amē amē dico vobis, quod veniet hora, & nūc est, quādo mortui audiēt vocē filij dei: & qui audierint, viuēt. Sicut enim pater habet vitā in semetipso, sic dedit & filio habere vitā in semetipso: & potestatem dedit ei iudicādi quoq; quia filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia veniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audiēt vocē eius, & pdibunt: qui bona fecerūt, in resurrectionē vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionē cōdemnationis. Nō possum ego ex meipso facere quicquā. Sicut audio, iudico, & iudicium meum iustum est: quia nō quæro voluntatē meā, sed voluntatem eius qui

Luc. 10

I O A N N E M.

misit me, patris. Si ego testimoniū perhiberē de meipso, testimoniū meū nō esset verū. Alius est qui testimoniū perhibet de me, & scio verū esse testimoniū, quod testat̄ de me. Vos misistis ad Ioannē, & is testimoniū reddidit veritati. Ego autē nō ab homine testimoniū accipio: sed hæc dico, vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardens & lucēs, vos autem voluistis ad tempus exultare in luce eius. At ego testimoniū habeo maius testimonio Ioānis. Opera enim quæ dedit mihi pater vt perficiā ea, ipsa inquā opera quæ ego facio, testant̄ de me, quod pater miserit me. Et qui misit me pater, ipse testat̄ est de me. Neq; vocē eius vnquā audistis, neq; speciē eius vidistis: & sermonē eius nō habetis, in vobis manentē quia quē misit ille, huic vos nō creditis. Scrutamini scripturas, quia vos videmini vobis in ipsis vitā æternā habere: & illæ sunt, quæ testant̄ de me: nec vultis venire ad me, vt vitam habeatis. Gloriā ab hoibus nō accipio: sed cognoui vos, quod dilectionē dei non habeatis in vobis. Ego veni nomine patris mei, nec recipitis me. Si alius venerit noīe suo, illum recipietis. Quomō vos potestis credere, qui gloriā a vobis inuicem accipitis: & gloriā quæ a solo deo pficiscit̄, nō quæritis? Nolite putare, quod ego accusatur̄ sim vos apud patrē. Est qui accusat vos Moses, in quo vos speratis. Si em̄ credidissetis Mosi, credidissetis vtiq; mihi: de me em̄ ille scripsit. Si autē illius scriptis nō creditis, quomō verbis meis credetis? CAPVT. VI.

Post hæc abiit Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis, & sequebat̄ eū turba multa: quia videbant eius signa quæ faciebat sup̄ Ij̄s qui infirmabant. Subiit autē in montē Iesus, & ibi sedebat cū discipulis suis. Instabat autē pascha dies festus Iudæorum. Cum sustulisset ergo oculos Iesus, & vidisset quod multa turba ve-

Matth. 14.
Luc. 9.

Mar. 6. nitet ad se, dicit ad Philippum: Vnde ememus panes, vt edant isti? Hoc autē dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorū panes nō sufficiunt eis, vt vnusquisq; pusillum quippiam accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis ipsius, Andreas, frater Simonis Petri: Est puer vnus hic, qui habet quinq; panes ordeaceos & duos pisces: sed hæc qd sunt inter tam multos? Dixit autem Iesus: Facite vt hoīes discumbant. Erat autem gramen multū in eo loco. Discubuerunt ergo viri numero ferme quinquies mille. Accepit autem panes Iesus: cumq; gratias egisset, distribuit discipulis: discipuli vero discumbentibus. Similiter & ex piscibus quantum volebat. Vt autē impleti sunt, dicit discipulis suis: Colligite quæ superfuerunt fragmenta, ne quid pereat. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorū ex quinq; panibus ordeaceis, quæ superfuerant ijs qui comederant. Illi ergo homines cum vidissent quod Iesus fecerat signū, dicebant: Hic est vere ppheta ille qui venturus est in mundū. Iesus ergo cum cognouisset quod vēturi essent, ac rapturi ipsum vt facerent ipsum regem, secessit iterū in montē ipse solus. At vbi iam vespera esset, descenderunt discipuli eius ad mare: & conscensa nauī, venerūt traiecto mari ad oppidum Capernaum. Iamq; tenebræ erant, nec venerat ad eos Iesus. Mare autē vēto magno flantē intumescibat. Cū remigassent ergo ferme stadia viginti quinq; aut triginta, vident Iesum ambulantē sup mare, & appropinquantem nauī, ac timuerunt. Ille autem dicit eis: Ego sum, nolite timere. Voluerūt ergo recipere eum in nauim, & illico nauis appulerat terræ ad quam ibant. Postero die turba quæ stabat trans mare, vt vidit, quod nauicula alia non esset ibi, nisi vna illa in quā ingressi fuerant

discipuli eius: & quod non introisset cum discipulis suis Iesus in nauiculā, sed soli discipuli eius abissent: aliæ vero superuenerunt nauiculæ a Tiberiade iuxta locum vbi comederāt panē, posteaquam gratias egisset dominus. Cum ergo vidisset turba, quod Iesus non esset ibi, neq; discipuli eius, ascenderunt & ipsi in nauiculas, & uerūt Capernaū, quærētes Iesum: & cū inuenissent eum trās mare, dixerūt ei: Rabbi, quādo huc venisti? Respōdit eis Iesus, & dixit: Amē amē dico vobis, quæritis me, nō quia vidistis signa, sed quia comedistis de panibus, & saturati estis. Operemini non cibum qui perit, sed qui pmanet in vitā æternā, quem filius hoīs dabit vobis: hūc em̄ pater cōsignauit deus. Dixerūt ergo ad eū: Quid facimus, vt operemur opera dei? Respondit Iesus, & dixit eis: Hoc est opus dei, vt credatis in eum quē misit ille. Dixerūt ergo ei: Quod ergo tu facis signū, vt videamus & credamus tibi? quid operaris? Patres nostri manducauerūt manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de cœlo dedit eis ad edendū. Dixit ergo eis Iesus: Amē amen dico vobis: nō Moyses dedit vobis illū panē de cœlo, sed pater me⁹ dat vobis panē de cœlo verū. Panis em̄ dei est qui de cœlo descēdit, & dat vitā nūdo. Dixerūt ergo ad eū: Dñe, semp da nobis panē istū. Dixit autē eis Iesus: Ego sum panis vitæ. Qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, nō sitiet vnquā. Sed dixi vobis, qd etiā vidistis me, nec creditis. Om̄e qd dat mihi pater ad me veniet, & eū qd venerit ad me nō eijcio foras. Quia descēdi de cœlo, vt faciā nō qd ego volo, sed qd vult is qui misit me. Hæc est autē volūtas eius qui misit me patris, ne quid perdā ex omnib⁹ quæ dedit mihi, sed resuscitem illa in nouissimo die. Hæc est autē volūtas eius qui misit me, vt omnis qui videt filiū & credit in eū, habeat vitam æternam:

Mar. 8.

Psal. 77.

Sapieñ. 16.

Luc. 22.

S E C V N D V M

& ego suscitabo eum in nouissimo die. Murmurabāt ergo Iudaei de illo, quod dixisset: ego sum panis ille, qui de caelo descēdi. Et dicebant: Nōne hic est Iesus, filius Ioseph: cuius nos nouimus patrē & matrē? Quomō ergo dicit hic, de caelo descēdi? Respondit ergo Iesus, & dixit eis: Nolite murmurare inter vos. Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum, & ego suscitabo eū in nouissimo die. Est scriptum in pphetis, & erūt omnes docti a deo.

Esa. 54. Omnis ergo qui audiuit a patre & didicit, venit ad me: non quod

Hicre. 3. patrē viderit quifq̄, nisi is qui est a deo, hic vidit patrē. Amē amē

Math. 11. dico vobis, qui cōfidit mihi, habet vitā aeternā. Ego sum panis ille

Luc. 10. vitae. Patres vestri comederunt manna in deserto, & mortui sunt.

Hic est panis de caelo descēdens: vt ex ipso edat aliquis, & nō mo

riatur. Ego sum panis viuus qui de caelo descendi: si quis ederit ex

hoc pane, viuet in aeternū. Et panis quem ego dabo, caro mea est:

quā ego dabo, p̄ mūdi vitā. Decertabāt ergo Iudaei inter se dicētes:

Quomō potest hic nobis carnē dare ad edendum? Dixit ergo eis

Iesus: Amē amē dico vobis, nisi ederitis carnē filij hominis, & bi

beritis eius sanguinem, nō habebitis vitā in vobis. Qui edīt meam

carnē, & bibit meū sanguinem, habet vitā aeternā: & ego suscitabo

eum in nouissimo die. Caro em̄ mea vere est cibus: & sanguis me⁹

vere est potus. Qui edīt meā carnē, & bibit meum sanguinē, in me

manet, & ego i illo. Sicut misit me viuēs pater, ita & ego viuo ppter

patrē: & qui ederit me, & ipse viuet ppter me. Hic est panis qui de

caelo descēdit: non sicut comederūt patres vestri manna, & mortui

sunt: qui ederit hūc panē, viuet in aeternū. Hāc dixit in synagoga

docēs in Capernaum. Multi ergo ijs auditis ex discipulis eius dixē

tūt: Durus est hic sermo, Quis potest eū audire? Sciēs autem Iesus

I O A N N E M

apud semetipsum quod murmurarēt de hoc discipuli ipsius, dixit eis: Hoc vos offendit? Quid igiŕ si videritis filiū hominis ascenden- tem eo vbi erat prius? Spiritus est qui viuificat: caro non prodest quicquam. Verba quae ego loquor vobis, spiritus & vita sunt. Sed sunt quidā ex vobis qui nō credūt. Nouerat em̄ ab initio Iesus, qui essent nō credētes, & quis p̄diturus esset ipsum. Et dicebat: Propte- rea dixi vobis, quod nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datū a patre meo. Ex eo tpe multi discipulorū eius descuerunt eo relicto, nec amplius cū illo ambulabāt. Dixit ergo Iesus ad duodeci: Num & vos vultis abire? Respōdit ergo ei Simō Petrus. Dñe, ad quem ibimus? verba vitae aeternae habes, & nos credimus & cognouim⁹ quod tu es Christus filius dei viui. Respondit eis Iesus: Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus est? Dicebat autē de Iuda Simonis Iscariota. Hic em̄ erat p̄diturus eum, cū esset vnus ex duo decim. CAP V T. VII.

Versabat Iesus post hāc in Galilaea: nō em̄ volebat in Iudaea versari, quia quærebāt eum Iudaei interficere. Erat autem in p̄p̄nquo dies festus Iudaeorum scenopegia. Dixerūt igitur ad eum fratres eius: Transi hinc, & vade in Iudaeam, vt & discipuli tui videant opera tua quae facis. Nemo quippe in occulto facit aliquid, & querit ipse palā esse. Si hāc facis, declara te ipsum mūdo. Nam ne fratres quidē eius credebāt in eū. Dicit ergo eis Iesus: Tempus meū nondū adest, tempus autē vestrū semp est paratū. Non potest mūdus odisse vos, me autē odit: quia ego testimoniū fero de illo, quod opera eius mala sint. Vos ascēdite ad diem festum hūc. Ego nondū ascendo ad festū hoc, quia meū tempus nondū impletū est. Hāc autē cū dixisset illis, māsit in Galilaea. Vt autē ascēderūt fratres

SECUNDVM

eius, tunc & ipse ascendit ad festum, non manifeste, sed velut in occulto. Iudæi ergo quærebant eum in festo, & dicebant: Vbi est ille? Et murmur multum erat in turbis de eo. Quidam enim dicebāt, bonus est; alij autem dicebant nō, sed seducit turbam. Nemo tamē palam loquebatur de illo propter metum Iudæorum. Cum autem iam dimidium festi peractum esset, ascendit Iesus in templū ac docebat. Et mirabantur Iudæ, dicentes: Quomodo hic literas scit, cū non didicerit? Respondit eis Iesus, & dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntati eius obtemperare, cognoscat de doctrina vtrum ex deo sit, an ego a me ipso loquar. Qui a semetipso loquitur gloriam propriam quærit. Qui autem quærit gloriā eius qui misit ipsum, hic verax est, & iniusticia in illo non est. Nonne Moses dedit vobis legem, & tamē nemo ex vobis factis præstat legem? Quid me quæritis interficere? Respondit turba, & dixit: Dæmonium habes. Quis te quærit interficere? Respondit Iesus, & dixit eis: Vnū opus feci: & omnes miramini. Propterea Moses dedit vobis circumcisionem: nō quia ex Mose sit, sed ex patribus: & tamen in sabbato circūciditis hominem. Si circumcisionem accipit homo in sabbato, vt non soluatur lex Mosi: mihi indignamini, quod totū hominē sanū fecerim in sabbato? Nolite iudicare secundū aspectum, sed iusto iudicio iudicate. Dicebāt ergo quidam ex Hierosolymitanis: Nonne hic est quem quærunt interficere? Atqui ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt: Num vere cognouerūt principes, hūc esse vere Christū? Sed hūc nouimus vnde sit: Christus autē cū venerit, nemo scit vnde sit. Clamabat ergo Iesus in templo docēs, ac dicēs: Et me nostis, & vnde sim nostis: & a me ipso nō veni, sed est verax qui misit me, quē vos nō nouistis. Ego vō

IOANNEM

noui eū, quia ab ipso sum, & ille me misit. Quærebāt ergo eū apprehendere, & nemo misit in illū manus, quia nondū venerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum, ac dicebāt: Christus cū venerit, num signa plura & detis quæ hic addidit? Audierūt pharisæi turbam murmurantē de illo hæc, & miserunt pharisæi ac principes sacerdotum ministros, vt apprehenderēt eum. Dixit ergo eis Iesus: Adhuc pusillum temporis vobiscū sum, & abeo ad eum qui me misit. Quæretis me, nec inuenietis. Et vbi ego sum, eo vos non potestis venire. Dixerunt ergo Iudæi inter sese: Quo hic iturus est, quia non inueniemus eum? Num in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes? Quis est hic sermo quē dixit, quæretis me, & non inuenietis, & vbi ego sum, eo vos non potestis venire? In nouissimo autem die magno festi stabat Iesus & clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura **1. Iohe. 4.** ra: Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in ipsum. Nondum enim erat spiritus sanctus: quia Iesus nōdum erat glorificatus. Multi ergo de turba cum audissent hunc sermonem, dicebant: Hic est vere propheta. **Mat. 2.** Alij dicebāt: Hic est Christus. Quidam autē dicebant: Num a Galilæa veniet Christus? Nonne scriptura dicit, quod ex semine **Miche. 5** David, & de Bethleem castello, vbi erat David, veniet Christus? Dissensio itaq; orta est in turba propter eum. Quidam autē ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo coniecit in eum manus. Venerunt ergo ministri ad pontifices & pharisæos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum? Responderunt ministri: Nunquā sic locutus est homo, sicut hic homo. Responderunt ergo eis pharisæi. Num & vos seducti estis? Nunquis ex principibus credidit in

SECUNDVM

eum, aut ex pharisæis: Sed turba hæc quæ non nouit legem, execrabiles sunt. Dicit Nicodemus ad eos, is qui venerat ad eum nocte: qui vnus erat de numero eorum: Num lex nostra iudicat hominẽ, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? Respõderunt & dixerunt ei: Num & tu Galilæus es? Scrutare & vide, quod a Galilæa ppheta nõ surrexerit. Et pfectus est vnusquisq; in domũ suã.

CAPVT. VIII.

Luc. 21 Iesus autem perrexit in montem oliuarum, & diluculo iterũ venit in templum: cunctusq; populus venit ad eum, & sedens docebat eos. Adducunt autem ad eum scribæ & pharisæi mulierẽ in adulterio deprehensam: & cum statuissent eam in medio dicunt ei: Magister, hæc mulier deprehensa est in ipso adulterio. In lege autẽ Moses præcepit nobis, vt huiusmodi lapidarent. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum, vt possent accusare eum. Iesus autem inclinãs se deorsum, digito scribebat in terra. Cũ ergo perfeuerarent interrogare, erexit se, & dixit eis: Qui vestrũ immunitis est a peccato, primus in illam lapidem iaciat. Et iterũ se inclinãs scribebat in terra. Audientes autem hæc, singulatim alius post aliũ exhibant, initio factõ a senioribus: & relictus est solus Iesus, ac mulier in medio stans. Cum autem erexisset se Iesus, & neminẽ videret præter mulierem, dixit ei: Mulier, vbi sunt illi tui accusatores? Nemo te condemnauit? Quæ dixit: Nemo domine. Dixit autem Iesus: Nec ego te condemno. Vade & posthac ne peccaueris. Iterũ ergo Iesus locutus est eis, dicens: Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Dixerunt ergo ei pharisæi: Tu de teipso testaris, testimonium tuum non est verum. Respondit Iesus & dixit eis: Et si ego testimoniũ perhibeã

IOANNEM

de meipso, verum est testimoniũ meũ: quia scio vnde veni, & quo vado: vos autem nescitis vnde venio, & quo vado. Vos secundum carnẽ iudicatis, ego non iudico quenquã: porro & si iudicem ego, iudicium meum verum est: quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater. Quin & in lege vestra scriptũ est, quod duorũ hominum Deut. 7 testimoniũ verum est. Ego sum qui testimonium fero de meipso, & 2. Cor. 13 testimoniũ fert de me qui misit me pater. Dicebant ergo ei: Vbi est pater tuus? Respõdit Iesus: Neque me nostis: neq; patrẽ meũ. Si me nouissetis, & patrem meum nouissetis. Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo. Et nemo apprehẽdit eum: quia nondum venerat hora eius. Dixit ergo iterum eis Iesus: Ego vado & quæretis me, & in peccato vestro moriemini: quo ego vado, vos non potestis venire. Dicebant ergo Iudæi: Num interficiet semetipsum, quia dicit: quo ego vado, vos non potestis venire? Et dicebat eis: Vos ab infernis estis, ego de supernis sum. Vos de mũdo hoc estis, ego nõ sum de hoc mũdo. Dixi ergo vobis, quod moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis quod ego sum, moriemini in peccatis vestris. Dicebant ergo ei: Tu qui es? Et dicit eis Iesus: In primis quæ & loquor vobis. Multa habeo quæ de vobis loquar ac iudicem: sed qui me misit, verax est: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Non cognouerunt quod de patre eis locutus esset. Dixit ergo eis Iesus: Cum exaltaueritis filiũ hominis, tũc cognoscetis quod ego sim; & a meipso faciam nihil: sed ita vt docuit me pater, hæc loquar. Et qui me misit, mecum est. Non reliquit me solum pater: quia ego quæ placita sunt ei, facio semper. Hæc illo loquente multi crediderunt in eum. Dicebat ergo Iesus ad eos qui crederant ipsi Iudæos: Si vos mäseritis in sermone meo,

S E C V N D V M

vere discipuli mei estis; & cognoscetis veritatem, & veritas liberos reddet vos. Responderunt ei: Semen Abraham sumus, neque cuiquam seruiimus unquam: quomodo tu dicis, liberi reddemini? Respon-

dit eis Iesus: Amen amen dico vobis, quod omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in aeternum, filius manet in aeternum. Si ergo vos filius liberos reddiderit, vere liberi estis. Scio quod semen Abraham sitis. Sed quaeritis me interficere, quia sermo meus non habet locum in vobis. Ego quod vidi apud patrem meum loquor, & vos quod vidistis apud patrem vestrum, facitis. Responderunt & dixerunt ei: Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus: Si filij Abraham essetis, opera Abraham faceretis. Nunc autem quaeritis me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus sum, quam audiui a deo: hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei: Nos estupro non sumus nati. Vnum patrem habemus deum. Dixit eis Iesus: Si deus pater vester esset, diligeretis utique me. Ego enim ex deo processi & veni. Neque enim a me ipso veni, sed ille me misit. Quare loquelam meam non agnoscitis?

quia non potestis audire sermonem meum. Vos ex patre diabolo estis, & desiderijs patris vestri vultis obsequi. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur: quia mendax est, atque eius rei pater. Ego autem quia veritatem dico, non creditis mihi. Quis ex vobis arguit me de peccato? Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Qui ex deo est, verba dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex deo non estis. Responderunt ergo Iudaei, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quod Samaritanus es tu, & daemonium habes? Respondit Iesus: Ego daemonium non habeo, sed cohonesto patrem meum, & vos

I O A N N E M

ignominia affecistis me. Ego autem non quaero gloriam meam: est qui quaerat & iudicet. Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in aeternum. Dixerunt ergo illi Iudaei: Nunc cognouimus quod daemonium habeas. Abraham mortuus est & prophetae, & tu dicis: si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in aeternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? Et prophetae mortui sunt. Quae te ipsum tu facis? Respondit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis deum vestrum esse, & tamen non cognouistis eum, ego autem noui eum. Et si dixero, quod non nouerim eum, ero similis vestri mendax. Sed noui eum, & sermonem eius seruo. Abraham pater vester exultauit ut videret diem meum, & vidit atque gauisus est. Dixerunt ergo Iudaei ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis Iesus: Amen amen dico vobis, antequam Abraham esset, ego sum. Tollebant ergo lapides, ut iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiit e templo.

C A P V T. IX.

ET praeteriens Iesus, vidit hominem caecum a natiuitate, & interrogauerunt eum discipuli eius dicentes: Rabbi, quis peccauit, hic an patres eius, ut caecus nasceretur? Respondit Iesus: Neque hic peccauit neque patres eius, sed ut manifestentur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Venit nox quando nemo potest operari. Quam diu fuero in mundo, lux sum mundi. Hoc cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & illeuit lutum super oculos caeci, & dixit ei: Vade, laua in piscina Siloae: quod si interpretaris, sonat missus. Abiit ergo & lauit, & venit videns. Itaque vicini & qui viderant eum prius quod medicus esset, dicebant: Nonne hic

SECUNDVM

est qui sedebat, & mendicabat: Alij dicebant, hic est: alij rursus, similis est ei. Ille dicebat: ego sum. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit ille, & dixit: Ille homo qui dicitur Iesus lutum fecit, & inunxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad piscinam Siloæ, & laua. Vt autem abij ac laui, visum recepi. Dixerunt ergo ei: Vbi est ille? Ait: Nescio. Adducunt ad pharisæos eum, qui dudum cæcus fuerat. Erat autem sabbatum cum lutum faceret Iesus, & aperiret oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum & pharisæi, quomodo visum recepisset: ille autem dixit eis: Lutum mihi imposuit super oculos, & laui & video. Dicebant ergo ex pharisæis quidam: Non est hic homo a deo: quia sabbatum non obseruat. Alij autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa ædere? Et dissensio erat inter eos. Dicunt cæco iterum: Tu quid dicis de illo, quia aperuit tibi oculos tuos? Ille autem dixit: Propheta est. Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quod cæcus fuisset, & visum recepisset, donec vocauerunt parentes eius qui visum receperat: & interrogauerunt eos, dicentes: Hic est filius vester, quem vos dicitis cæcum natum esse? Quomodo ergo nunc videt? Responderunt eis parètes eius, & dixerunt: Scimus quod hic est filius noster, & quod cæcus natus est: quomodo autem nunc videat, nescimus: aut quis eius aperuerit oculos, nos nescimus. Ipse ætatē habet, ipsum interrogate, ipse de se loquetur. Hæc dixerunt parètes eius, quod timerent Iudæos. Iam enim conspirauerant Iudæi: vt si quis eum confiteretur esse Christum, e synagoga eijceretur. Propterea parètes eius dixerunt, ætatē habet, ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursus hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam deo. Nos scimus, quod hic homo peccator est. Respondit ergo ille, & dixit:

Iosue, 10.

IOANNE M.

An peccator sit, nescio: vnū scio, quod cæcus cum essem, nunc videam. Dixerunt ergo illi iterum: Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis: Dixi vobis iam, nec audistis: cur iterum vultis audire? Num & vos vultis discipuli eius fieri? Cōuiciati sunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius esto, nos autem Mosi discipuli sumus. Nos scimus, quod Mosi locutus est deus, hunc autē nescimus vnde sit. Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile quiddam est, quod vos nesciatis vnde sit, & tamen aperuit meos oculos. Scimus autē quod peccatores deus non audit: sed si quis dei cultor est, & voluntati ipsius obtemperat, hunc audit. A seculo non est auditum, quod quis aperuerit oculos cæci nati. Nisi esset hic a deo, non potuisset facere quicquā. Responderunt & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit Iesus quod eieissent eum foras, cumque inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in filium dei? Respondit ille & dixit: Quis est domine, vt credam in eum? Et dixit ei Iesus: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait: Credo domine: & adorauit eum. Et dixit ei Iesus: Iudicium ego in hunc mundum veni: vt qui non videt, videant: & qui vident, cæci fiant. Et audierunt quidam ex pharisæis hæc, qui cum ipso erant, & dixerunt ei: Num & nos cæci sumus? Dixit eis Iesus: Si cæci essetis, non haberetis peccatum. Nunc vero dicitis, videmus, idcirco peccatum vestrum manet,

CAPVT X.

Amen amē dico vobis: qui non intrat per ostium in stabulum ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. Huic ostiarius aperit, & oues vocē eius audiunt. Et proprias oues vocat nominatim, & educit eas, Et cum

D

S E C V N D V M

proprias oves emiserit, ante eas vadit, & oves illum sequunt, quia nouerunt vocē eius. Alienū autē non sequent, sed effugient ab eo: quia nō nouerunt vocē alienorū. Hoc prouerbiū dixit eis Iesus, illi autē non cognouerūt, quæ essent quæ loqueretur eis. Dixit ergo eis iterū Iesus: Amen amen dico vobis, ego sum ostium ouiu. Omnes quotquot ante me venerunt, fures sunt & latrones, sed nō audierūt eos oves. Ego sum ostium: per me si quis introierit, seruabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Fur nō venit, nisi vt furetur & mactet ac perdat. Ego veni vt vitā habeant, & abundantius habeant. Ego sum pastor ille bonus. Bonus pastor animā suam dat pro ouibus. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oves propriæ, videt lupū venientē, ac deserit oves, fugitq; & lupus rapit ac dispergit oves. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & oves nō sunt illi curæ. Ego sum pastor ille bonus, & cognosco oves meas, & cognoscor a meis. Sicut nouit me pater, ita & ego noui patrem, & animam meam pono pro ouibus. Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: illas quoq; oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, vnus pastor. Propterea me pater diligit, quia ego pono animam meam, vt iterum sumam eam. Nemo tollit eam a me: sed ego pono eam a meipso. Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo rursus sumendi eam: hoc mandatum accepi a patre meo. Dissensio igitur iterum facta est inter Iudæos, propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis: Dæmonium habet, & insanit: quid eum auditis? Alij dicebant. Hæc verba non sunt dæmonium habentis. Num dæmonium potest cæcorū oculos aperire? Facta sunt autem encænna Hierosolymis, & hyems erat: & ambulabat Iesus in tem-

1. Ioan. 3.

Matth. 11.

Luc. 10.

Matth. 20

Mar. 10.

I O A N N E M.

plo in porticu Salomonis. Circūdederūt ergo eū Iudæi, & dicebāt ei: Quousq; animā nostram suspendis? Si tu es Christus, dic nobis ingenue. Respōdit eis Iesus: Dixi vobis, nec creditis. Opa quæ ego facio nomine patris mei, hæc testimoniū reddunt de me, Sed vos nō creditis, quia nō estis ex ouib⁹ meis, quæadmodū dicebā vobis: Oves meæ vocē meā audiūt, & ego cognosco eas, & sequunt me, & ego vitā æternā do eis, nec peribunt in æternū, neq; rapiet eas quisquā de manu mea. Pater meus qui dedit mihi, maior omnibus est: & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater vnum sumus. Sustulerunt ergo rursus lapides Iudæi, vt lapidarent eum. Respōdit eis Iesus: Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorū operū me lapidatis? Responderūt ei Iudæi, dicētes: Ob bonū opus nō lapidamus te, sed ob blasphemiam: & quia tu homo cum sis, facis te ipsum deum. Respondit eis Iesus: Nonne scriptū est in lege vestra, ego dixi, dii estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est: & nō potest solui scriptura de eo, quem pater sanctificauit & misit in mundū. Vos dicitis me blasphemare, quia dixerim, filius dei sum? Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi: sin vero facio, & si mihi non credatis, operibus credite: vt cognoscatis & credatis quod pater in me est, & ego in eo. Quærebant iterū eū apprehendere, & exiuit de manu eorū: & abiit iterū trans Iordanē in eū locū, vbi fuerat Ioannes baptizans primū, māsitq; illic. Et multi venerūt ad eū, ac dicebāt: Ioānes quidē signū ædidi nullū. Omnia autē quæcūq; dixit Ioānes de hoc vera erant, & crediderūt multi illic in eū. Psal. 81.

CAPVT. XI.

A Egrotabat autē quidā nomine Lazarus Bethaniensis a castello Mariæ & Marthæ huius sororis, Maria autem erat ea

D ij

S E C V N D V M

quæ vnxit dominum vnguento: & exterfit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus ægrotabat. Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicentes: Domine, ecce quem amas, ægrotat. Audiens autem Iesus, dixit: Infirmetas hæc non est ad mortem, sed pro gloria dei, vt glorificetur filius dei per eam. Diligebat autem Iesus Martham & sororem eius & Lazarum. Vt ergo audiuit quod ægrotaret, tum quidem temporis mansit in eodem loco duobus diebus. Deinde post hoc dicit discipulis: Eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei discipuli: Rabbi, modo quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? Respondit Iesus: Nōne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit: quia lucem huius mundi videt. Si quis autem ambulauerit in nocte, offendit: quia lux nō est in eo. Hæc ait, & post hæc dicit eis: Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt a somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius: Domine, si dormit, saluus erit. Dixerat autem Iesus de morte eius: at illi putauerunt, quod de dormitione somni diceret. Tunc ergo Iesus dixit eis manifeste: Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, vt credatis, quod nō fuerim ibi. Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dicitur didymus, ad discipulos: Eamus & nos vt moriamur cum eo. Venit itaque Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Erat autem Bethania iuxta Hierosolimam fere stadiis quindecim. Multique ex Iudæis venerant ad Martham ac Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit quod Iesus venisset, occurrit illi: Maria vero domi desidebat. Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio, quod quæcūque poposceris a deo, daturus tibi sit deus. Dicit illi Iesus: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quod resurget in resurrectione

I O A N N E M.

in nouissimo die. Dicit ei Iesus: Ego sum resurrectio & vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi: Etiam domine. Ego credo, quod tu sis Christus ille filius dei, qui in mundum venturus erat. Et cum hæc dixisset, abiit & vocauit Mariam sororem suam clanculum, dicens: Magister adest, & vocat te. Illa vt audiuit, surgit cito, & venit ad eum. Nondum autem venerat Iesus in castellum, sed erat in eo loco, vbi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo qui erant cum ea in domo & consolabantur eam: cum vidissent Mariam, quod cito surrexisset & exisset, sequuti sunt eam, dicentes: Vadit ad monumentum, vt ploret ibi. Maria ergo cum venisset eo, vbi erat Iesus, videns eum, accidit ad pedes eius, & dicit ei: Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus. Iesus ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerant cum ea plorantes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit. Vbi posuistis eum? Dicunt ei: Domine veni & vide. Lachrymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt: Non poterat hic qui aperuit oculos cæci, facere, vt & hic non moreretur? Iesus ergo rursum fremens in semetipso, venit ad monumentum. Erat autem spelunca, & lapis impositus erat ei. Ait Iesus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat. Domine, iam olet, quatruiduanus est enim. Dicit ei Iesus: Nonne dixi tibi, quod si credideris, visura esses gloriam dei? Sustulerunt ergo lapidem a loco, vbi is qui mortuus fuerat erat positus. Iesus autem attollens sursum oculos dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quod semper me audis: sed propter turbam quæ circumstat dixi, vt credant quod tu me miseris. Atque hæc cum dixisset, voce magna clamauit: Lazare,

SECVNDVM

veni foras, Et prodijt qui fuerat mortuus, manus & pedes habens reuinctos fascijs sepulchralibus: & facies illius sudario erat obuincta. Dicit eis Iesus: Soluite eū, & finite abire. Multi ergo ex Iudæis qui venerāt ad Mariā, & viderant quæ fecisset Iesus, crediderūt in eū. Quidā autē ex ipsis abierunt ad pharisæos, & dixerunt eis, quæ fecisset Iesus, Congregauerūt ergo pontifices & pharisæi conciliū, ac dicebāt: Quid facimus, quia hic homo multa signa ædit? Si p̄miserimus eū sic, oēs credēt in eū. Veniētq; Romani, & tollēt tum locū nostrū, tum gentē. Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset p̄t̄ifex anni illius, dixit eis, Vos nescitis quicquā, nec perpēditis quod expedit nobis, vt vnus homo moriatur pro populo, ac nō tota gens pereat. Hoc autē a semetipso nō dixit: sed cū esset p̄t̄ifex anni illius, vaticinatus est, quod Iesus moriturus esset pro gente: & non tantū pro gente, sed vt filios dei qui erant dispersi, cōgregaret in vnum. Ab illo ergo die cōsultabant inuicem, vt interficerēt eum, Iesus ergo iam non propalam ambulabat inter Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem quæ dicitur Ephraim, & ibi versabatur cū discipulis suis. Instabat autē pascha Iudæorū & ascēderunt multi Hierosolymā e regione ante pascha, vt purificarēt se, Quærebant ergo Iesum, & colloquebant̄ inter se, in templo stātes, Quid videt̄ vobis, quod nō venerit ad diem festum? Dederāt autē p̄t̄ifices & pharisæi præceptū: vt si quis cognouisset vbi esset, indicaret, vt cōprehenderent eum.

CAPVT. XII.

Mat. 26. I Iesus ergo ante sex dies paschæ venit Bethaniā, vbi Lazarus
Mar. 14. fuerat mortuus, quē suscitauit a mortuis. Fecerunt autē ei cenā ibi, & Martha ministrabat. Lazarus vero vnus erat de numero discumbentū cum eo, Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistis

IOANNE M.

cæ preciosæ, & vnxit pedes Iesu, & exterisit pedes eius capillis suis domus autem impleta est ex odore vnguenti. Dicit ergo vnus ex discipulis eius, Iudas Simonis Iscariotes, qui erat eum proditurus, Quare hoc vnguentum non veniit trecentis denarijs & datum est egenis? Dixit autem hoc, non quod pauperes illi curæ essent, sed quia fur erat, ac marsupium habebat: eaq; quæ mittebātur, portabat. Dixit ergo Iesus: Sine illā, in diē sepulturæ meæ seruauit istud. Pauperes enim semper habetis vobiscum, me vero nō semper habetis. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quod illic esset: & uenerunt non propter Iesum tantum, sed vt Lazarum quoq; viderēt, quem suscitauerat a mortuis. Consultabant autem principes sacerdotum, vt & Lazarum interficerent: quia multi propter illum abiebant ex Iudæis, & credebāt in Iesum. Postero die turba multa quæ venerat ad diem festum cum audissent quod veniret Iesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerūt obuiam ei, & clamabant: Hosanna, benedictus qui venit in nomine domini rex Israel. Naclus autē Iesus asellam, sedit super eam: sicut scriptū est: Noli timere filia Sion, ecce rex tuus venit sedens super pullum asinæ. Hæc autē non cognouerunt discipuli eius primū: sed quādo glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quod hæc essent scripta de eo, & quod hæc fecissent ei. Testabatur igitur turba, quæ erat cum eo, quando Lazarus vocauit de monumento, & suscitauit eū a mortuis. Propterea & obuiam venit ei turba, quod audierant eū ædisse hoc signum. Pharisæi ergo dixerunt inter se: Videtis quod nihil proficitis? Ecce mūdus post eum abiit. Erāt autē quidā Græci ex ihs, qui ascenderant, vt adorarent in festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat a Bethsaida Galilææ: & rogabant eum di-

S E C V N D V M

centes: Domine, volumus Iesum videre. Venit Philippus & dicit
 Andreæ: Andreas rursus & Philippus dicunt Iesu. Iesus autem re-
 spondit eis, dicens: Venit hora ut glorificetur filius hominis. Amen
 amen dico vobis, nisi granum frumenti deiecerit in terram, mortuum
 fuerit, ipsum solum manet. Si vero mortuum fuerit, multum fructum
 affert. Qui amat animam suam, perdet eam. Et qui odit animam suam
 in hoc mundo, in vitam æternam custodiet eam. Si quis mihi mis-
 nistrat, me sequatur. Et ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis
 mihi ministraverit, cohonestabit eum pater. Nunc anima mea tur-
 bata est. Et quid dicam? Pater, serua me ex hora hac. Sed propter
 te veni in horam hanc. Pater, illustra nomen tuum. Venit ergo vox
 de caelo, dicens: Et illustraui, & rursus illustrabo. Turba ergo quæ
 stabat & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alij dicebant: An-
 gelus ei locutus est. Respondit Iesus & dixit: Non propter me hæc
 vox venit, sed propter vos. Nunc iudicium est mundi huius. Nunc
 princeps mundi huius eicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra,
 omnes traham ad meipsum. Hoc autem dicebat, significans quia
 morte esset moriturus. Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege,
 quod Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis, oportet ex-
 altari filium hominis? Quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis
 Iesus: Adhuc ad breue tempus lumē vobiscū est. Ambulate donec
 lucē habetis, ne vos tenebræ occupent. Et qui ambulat in tenebris,
 nescit quo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filij lucis
 sitis. Hæc locutus est Iesus, ac digressus abscondit se ab eis: Cū autē
 tam multa signa fecisset coram eis, non credebant in eum: ut sermo
 Esaie prophete impleretur quem dixit: Domine, quis credidit ser-
 moni nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Propterea non

Matth. 16.
 Mar. 8.
 Luc. 9

Esa. 53.

I O A N N E M

poterant credere: quia iterum dixit Esaias: Excæcauit oculos eorum,
 & induravit cor eorum, ne videant oculis, & ne intelligant corde,
 & conuertantur & sanem eos. Hæc dixit Esaias, quando vidit glo-
 riam eius, & locutus est de eo. Veritatem etiam ex principibus multi
 crediderunt in eum, sed propter pharisæos non confitebantur, ne e-
 synagoga eicerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis quam
 gloriam dei. Iesus autem clamauit, & dixit: Qui credit in me, non cre-
 dit in me, sed in eum qui misit me. Et qui videt me, videt eum qui
 misit me. Ego lux in mundum veni: ut omnis qui credit in me, in te-
 nebris non maneat. Et si quis audierit verba mea, & non crediderit
 ego non iudico eum. Non enim veni ut iudicem mundum, sed ut seruem
 mundum. Qui reijcit me, nec accipit verba mea, habet qui iudicet
 ipsum. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in extremo die:
 quia ego ex meipso non sum locutus: sed qui misit me pater, ipse
 mihi mandatū dedit, quid dicam, & quid loquar. Et scio quod man-
 datum eius vita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi
 pater, sic loquor.

Esa. 6.
 Mat. 13.
 Marc. 4.
 Act. 28

C A P V T. XIII.

ANte festum autem paschæ sciens Iesus quod venisset hora ipsius,
 ut transfret ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui
 erant in mundo, usque ad finem dilexit eos. Et cœna facta, cum diabo-
 lus iam immisisset in cor Iudæ Simonis Iscariotæ, ut proderet eum
 sciens Iesus quod omnia dedisset sibi pater in manus, & quod a deo
 exisset, & ad deum iret, surgit a cœna, & ponit vestimenta: & cum
 accepisset linteum, præcinxit se. Deinde misit aquam in peluim, &
 cœpit lauare pedes discipulorum & extergere linteo, quo erat præ-
 cinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum: & dicit ei Petrus: Domine, tu

Luc. 22.

Matth. 11.
 Luc. 10

E

SECUNDVM

mihī lauas pedes. Respondit Iesus, & dixit ei: quod ego facio, tu nescis nunc, scies autē postea. Dicit ei Petrus: non lauabis meos pedes in aeternū. Respōdit ei Iesus: Si nō lauero te, nō habes partem meā. Dicit ei Simon Petrus: Domine, nō tantū pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non opus habet nisi vt pedes lauet, sed est mūdus totus, Et vos mūdi estis, sed nō omnes. Sciebat em̄, quis nam esset qui pderet se propterea dixit, nō estis mundi omnes. Postquā ergo lauisset pedes eorū, receptisq; vestib⁹ suis accubisset, iterū dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magistrū ac dominū, & benedicitis: sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros dominus & magister, vos quoq; debetis inuicē alij aliorū lauare pedes. Exemplū em̄ prābui vobis, vt quēadmodū ego feci vobis, ita & vos faciatis. Amē amē dico vobis, non est seruus maior dño suo, neq; legatus maior est eo qui legauit ipsum. Si hæc nouistis, beati estis si feceritis ea. Non de omnibus vobis loquor: ego scio quos elegerim. Sed vt adimpleat̄ scriptura. Qui edit

Pfal. 40. mecum panem, sustulit aduersum me calcaneum suum. Nunc dico vobis priusquā fiat: vt cum factum fuerit, credatis quod ego sum. Amē amen dico vobis, qui recipit quēcūq; misero, me recipit. Qui autē me recipit, recipit eum qui me misit. Cum hæc dixisset Iesus,

Mat. 10. turbatus est spiritu, & testatus est, dixitq;: Amē amen dico vobis,

Luc. 10 quod vnus ex vobis proditurus est me. Aspiciebant ergo se inuicē discipuli, hæsitātes de quo diceret. Erat autē vnus ex discipulis Iesu recubēs in sinu ipsi⁹, nimirū is quē diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simō Petrus, vt sciscitare⁹ quis esset de quo loqueret̄. Itaq; cū recubisset ille sup pectus Iesu, dicit ei: Domine, quis est? Respondit Iesus: Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et cū intinxisset

IOANNEM

panē, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ. Et post offulam ingressus est in eū fatanas. Dicit igitur ei Iesus: Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo intelligebat discumbentiū ad quid dixisset ei. Quidā em̄ putabant, quia oculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus, eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festū: aut egenis vt aliquid daret. Cū ergo accepisset ille offulam, exiuit cōtinuo. Erat autē nox. Cū ergo exisset, dixit Iesus: Nūc glorificatus est filius hominis, & deus glorificatus est p̄ eū. Si deus glorificatus est per eū, & deus glorificabit eū p̄ se, & cōtinuo glorificabit eū. Filioli, adhuc paulisper vobiscū sum. Quæretis me, & sicut dixi Iudæis: quo ego vado, vos non potestis venire: ita & vobis dico nūc. Præceptū nouū do vobis, vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos: vt & vos diligatis inuicē. In hoc cognoscet om̄es, quod discipuli mei sitis, si charitatē habueritis inter vos mutuā. Dicit ei Simon Petrus: Domine, quo vadis? Respondit ei Iesus: Quo ego vado, nō potes me nūc seq, sequeris autē postea. Dicit ei Petrus: Domine, quare non possum te sequi nūc? Animam meā pro te ponā. Respōdit ei Iesus: Animā tuam pro me pones? Amē amē dico tibi nō canet gallus, donec ter me negaueris.

CAPVT. XIII.

ET ait discipulis suis: Ne turbe⁹ cor vestrū. Creditis in deū, & in me credite. In domo patris mei māsiōes multæ sunt. Quæ si secus esset, dixissem vobis, vado paraturus vobis locū. Et si abiero ad parandū vobis locū: iterū veniā & assumā vos ad me ipsum vt vbi sum ego, & vos sitis: & quo ego vado, scitis, & viā scitis. Dicit ei Thomas: Dñe, nescimus quo vadis: & quomodo possumus viam scire? Dicit ei Iesus: Ego sum viā, & veritas, & vita. Nemo venit ad patrem, nisi per me. Si cognouissetis me, & patrem meum vtiq;

E ij

Matt. 26,
Mar. 14,
Luc. 22,

S E C V N D V M

cognouissetis. Et nunc cognoscitis eum, & vidistis eum. Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Dicit ei Iesus: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouisti me? Philippe, qui vidit me, vidit patrem. Et quomodo tu dicis, ostende nobis patrem? Non credis, quod ego in patre sum, & pater in me? Verba quae ego loquor vobis, a meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. Credite mihi, quod ego in patre sum, & pater in me: alioqui propter ipsa facta credite mihi. Amen amen dico vobis: qui credit in me, opera quae ego facio, & ipse faciet, & maiora istis faciet: quia ego ad patrem vado. Et quicquid petieritis nomine meo, hoc faciam, vt glorificet pater per filium. Si quid petieritis per nomen meum, ego faciam. Si diligitis me, praeccepta mea seruare. Et ego rogabo patrem, & alium consolatorum dabit vobis, vt maneat vobiscum in aeternum, spiritum veritatis: quem mundus non potest accipere: quia non videt eum, nec nouit eum. Vos autem cognoscitis eum, quia apud vos manet, & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos. Adhuc pusillum & mundus me iam non videt: vos autem videtis me. Quia ego viuo, & vos viuetis. In illo die vos cognoscetis, quod ego sim in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet praeccepta mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligitur a patre meo: & ego diligam eum, & aperiam ei meipsum. Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes: Domine, quid factum est, quod manifestaturus es nobis teipsum & non mundo? Respondit Iesus, & dixit ei: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum: & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat: & sermo quem auditis, non est meus, sed eius qui misit me patris. Haec locutus sum vobis

Matth. 21
Mar. 11.

Luc. 10

I O A N N E M

apud vos manens. Paracletus autem ille, qui est spiritus sanctus, quem spiritum, mittet pater nomine meo: ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quaecumque dixi vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Ne turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis quod ego dixi vobis, vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique, quod dixerim, vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat: vt cum factum fuerit, credatis. Posthac non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed vt cognoscat mundus, quod diligo patrem. Et sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Surgite eamus hinc.

C A P V T. X V .

Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollit: & omnem qui fert fructum, purgat: vt fructum copiosorem afferat. Iam vos mundi estis, propter sermonem, quem locutus sum vobis. Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, eiectus est foras sicut palmes, & exaruit: & colligunt eos & in ignem conijciunt, & ardent. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quicquid volueritis petetis, & fiet vobis. In hoc glorificatus est pater meus, vt fructum copiosum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater, ita & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si praeccepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego patris mei praeccepta seruavi, & maneo in eius dilectione. Haec lo-

Mat. 21.
Mar. 21

SECUNDVM

cutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis maneat, & gaudium
 1. Cor. 4. vestrum impleatur. Hoc est præceptum meum, vt diligatis vos in
 Eph. 5. uicem sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt
 Philip. 3. quis animam suam ponat pro amicis suis. Vos amici mei estis, si fe-
 1. Theff. 4. ceritis quæcūq; ego præcipio vobis. Non posthac vos dico seruos:
 1. Io. 3. quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi ami-
 cos: quia omnia quæ audiui a patre meo, nota feci vobis. Non vos
 me elegistis, sed ego elegi vos: & constitui vos, vt eatis & fructum
 afferatis, & fructus vester maneat: vt quicquid petieritis patrē sub
 nomine meo, det vobis. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.
 Si mundus vos odit, scitis quod me prius quam vos odio habuerit.
 Si de mundo fuissetis, mundus quod suum est, diligeret. Quia vero
 de mundo non estis, sed ego selegi vos de mundo, propterea odit
 Mat. 10. vos mundus. Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: Nō
 Luc. 6. est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, & vos perse-
 Marc. 13. quentur. Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt.
 Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum: quia non no-
 uerūt eum qui misit me. Si non venissem & locutus fuissem eis pec-
 catum non haberent. Nunc autem non habēt quod prætexant pec-
 cato suo. Qui me odit, is & patrem meū odit. Si opera nō fecissem
 inter eos, quæ nemo alius fecit, peccatū non haberēt. Nunc autē &
 viderūt & oderūt: nō solum me, verū etiā patrē meū. Sed hoc acci-
 dit, vt cōpleat sermo, qui in lege eorū scriptus est. Odio habuerūt
 me gratis. Cum autē venerit paraclerus, quē ego mittā vobis a pa-
 tre, spiritus veritatis, qui a patre procedit, ille testimoniū perhibe-
 bit de me. Et vos testes estis, quia ab initio mecum estis.

CAPVT, XVI,

IOANNEM

Hæc locutus sum vobis, vt ne quid offendamini. Alienos a Mar. 14.
 Mar. 13. synagogis facient vos. Sed veniet tempus, vt quisquis inter
 Luc. 21. faciat vos, videat cultum præstare deo. Et hæc facient vobis, quia
 nō nouerūt patrē neq; me. Sed hæc locutus sum vobis: vt cum ve-
 nerit tempus illud, reminiscamini eorū, quod ego dixerim vobis.
 Hæc autē vobis ab initio non dixit, quia vobiscū eram. Nunc autē
 vado ad eum qui misit me: & nemo ex vobis interrogat me quo
 vadam. Sed quia hæc locutus sum vobis, mœstitudo impleuit cor
 vestrū. Sed ego veritatē dico vobis: expedit vobis, vt ego vadam.
 Si enim nō abiero, cōsolator ille nō veniet ad vos. Sin autē abiero,
 mittā eum ad vos. Et cū venerit ille, arguet mundū de peccato, &
 de iusticia, & de iudicio. De peccato quidē, quia nō credunt in me.
 De iusticia vero, quia ad patrē vado: & posthac nō videtis me. De
 iudicio autē, quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Ad hæc
 multa habeo quæ vobis dicam, sed non potestis portare nūc. Cum
 autē venerit ille, qui est spiritus veritatis, ducet vos in omē veritatē.
 Non eīm loquetur a semetipso: sed quæcūq; audierit, loquetur: &
 quæ futura sunt annūciabit vobis. Ille me glorificabit, quia de meo
 accipiet, & annūciabit vobis. Omnia quæcūq; habet pater, mea
 Mat. 17. sunt. Propterea dixi, qd' de meo accipiet & annūciabit vobis. Pu-
 Luc. 10. fillum & nō videtis me, & iterū pusillū & videbitis me, quia vado
 ad patrē. Dixerūt ergo quidam ex discipulis eius inter se: Quid est
 hoc qd' dicit nobis pusillū & nō videtis me, & rursus pusillū & vi-
 debitis me, & quia vado ad patrē? Dicebāt ergo: Quid est hoc, qd'
 dicit pusillum? Nescimus quid loquatur. Cognouit autē Iesus, qd'
 vellent se interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quod
 dixi pusillum & non videtis me, & iterum pusillum & videbitis

S E C V N D V M

me. Amē amē dico vobis, plorabitis & lamentabimini vos, mūdus cōtra gaudebit. Vos autem mœrore afficiemini: sed mœror vester vertetur in gaudium. Mulier cum parit, dolorem habet: quia venit

Hiere. 31 hora eius. Cum autem pepererit puerum, iam non meminit anxie-
Iaco. 4 tatis: propterea quod gaudeat hominem esse natum in mundo. Et vos igitur nunc quidem mœrorem habetis: sed iterū videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollit a vobis.

Mat. 21. Et in illo die me non interrogabitis quicquā. Amē amē dico vobis,
Marc. 11 quæcūq; petieritis patrem sub nomine meo, dabit vobis. Haçten⁹
1, 10. 1. non petistis quicquā sub nomine meo. Petite, & accipietis: vt gau-
dium vestrū sit perfectum, Hæc per prouerbia locutus sum vobis.

Veniet tempus, cum iam nō per prouerbia loquar vobis, sed palā de patre meo annunciabo vobis: in illo die sub nomine meo pete-
tis. Et non dico vobis, quod ego rogaturus sim patrem pro vobis.

Ipse em̄ pater amat vos, quia vos me amastis: & credidistis quod a deo exiuerim, Exiui a patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundū, & vado ad patrē. Dicunt ei discipuli eius: Ecce nūc aperte loqueris, nec prouerbiū vllum dicis. Nunc scimus, quod scis om̄ia:

Matt. 26. nec opus est tibi, vt quis te interroget. Per hoc credimus, qd̄ a deo

Mar. 14. existi. Respōdit eis Iesus: Nunc creditis. Ecce instat tempus, & iam

Zach. 13 venit, vt dispergamini vnusquisq; in sua, meq; solum relinquatis:

& tamen non sum solus, quia pater mecum est. Hæc locutus sum vobis vt in me pacem habeatis. In mundo afflictionē habetis, sed bono animo sitis, ego vici mundum.

C A P V T. XVII.

Hæc locutus est Iesus, & sublatis oculis in cœlū, dixit: pater, venit hora, glorifica filiū tuum, vt & filius tuus glorificet te.

I O A N N E M

Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt quotquot dedisti ei, det eis vitā æternā. Hæc est autē vita æterna, vt cognoscāt te solū, deū verū, & quē misisti, Iesum Christū. Ego te glorificaui super terram, **Exo. 23**

opus cōsummaui, quod dedisti mihi vt facerem. Et nunc glorifica me tu pater apud temetipsum gloria, quā habui, prius quā hic mūdus esset apud te, Manifestaui nomen tuum hominibus, quos de-

didisti mihi de mundo. Tui erant & mihi eos dedisti, & sermonē tuū seruauerunt. Nunc cognouerūt, quod omnia quæcūq; dedisti mihi abs te sunt. Quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperūt

& cognouerunt vere, quod a te exiui: & crediderunt quod tu me misisti. Ego pro eis rogo. Non pro mūdo rogo, sed pro ijs, quos de-

didisti mihi: quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt: & glorificatus sum in eis. Et iam non sum in mūdo, & ij in mūdo sunt,

& ego ad te venio. Pater sancte, serua eos per nomen tuum, quos dedisti mihi: vt sint vnum sicut & nos. Cum essem cū eis in mūdo, ego seruabam eos nomine tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui

& nemo ex eis perijt, nisi filius ille perditus, vt scriptura cōplereť. Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mundo, vt habeant gau-

dium meum impletum in semetipsis. Ego tradidi eis sermonē tuū, & mundus eos odio habuit: quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos e mūdo, sed vt serues eos a malo. De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo.

Sanctifica eos per veritatē tuam. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, ita & ego misi eos in mundū, & pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati per veritatē. Non p̄ eis autem rogo tantū, sed & pro ijs, qui credituri sunt per sermonē eorum in me: vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te:
F

SECVNDVM

vt & ipsi in nobis vnum sint, vt credat mūdus quod tu me miseris & ego gloriam quam dedisti mihi dedi eis: vt sint vnū, sicut & nos, vnum sumus. Ego in eis, & tu in me, vt sint cōsummati in vnum, & vt cognoscat mūdus quod tu me misisti: & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo: vt vbi sum ego, & illi sint mecum: vt videant gloriam meam, quā dedisti mihi, quia dilexisti me ante conditum mundum. Pater iuste, & mundus te non cognouit: ego autem te cognoui, & ij cognouerūt quod tu me miseris. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

Matth. 17.
Luc. 10.

CAPVT. XVIII.

Matth. 26.
Mar. 14.
Luc. 22.

HAec cum dixisset Iesus, egressus cū discipulis suis trans torrentē Cedron: vbi erat hortus, in quē introiuit ipse & discipuli eius. Nouerat autē & Iudas, qui prodebat eum, locū: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset cohortem, & a pontificibus ac pharisæis ministros, venit illuc cum laternis ac facibus & armis. Iesus itaq; sciens omnia quæ ventura erant super se, processit ac dixit eis: Quem quæritis? Responderunt ei: Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus: Ego sum. Stabat autem & Iudas, qui prodebat eum, eum ipsis. Vt ergo dixit eis, ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterū ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerūt: Iesum Nazarenū. Respondit Iesus: Dixi vobis, quod ego sim. Si ergo me quæritis, finite hos abire. Vt cōpleretur sermo quem dixerat: Ex ijs quos dedisti mihi, non perdidit quenq;. Simon ergo Petrus cū haberet gladium, e duxit eum, & percussit pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dextram. Erat autē nomē seruo Malchus. Dicit ergo Iesus

IOANNE M.

Petro: Immite gladiū tuū in vaginā. An nō bibā poculum quod dedit mihi pater? Cohors igitur & tribunus ac ministri Iudæorū cōprehenderūt Iesum & ligauerūt eū, & abduxerūt eū ad Annā primū: erat em̄ focer Caiaphæ, q̄ erat pōtifex anni illi. Erat autē Caiaphas is qui cōsiliū dederat Iudæis, qd̄ expediret vnū hominē mori p̄ populo. Sequebat̄ autē Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autē ille erat notus pōtifici, & introiuit cū Iesu in atriu pōtifcis. Petrus autē stabat ad ostiū foris. Exiuit ergo discipulus ille alter, qui erat notus pōtifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrū. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria: Num & tu ex discipulis es hoīs istius? Dicit ille: Non sum. Stabat autē serui & ministri, qui prunas cōgresserant, quia frigus erat & calefaciebāt se. Erat autē cū eis & Petrus stans & calefaciēs se. Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis & de doctrina ipsius. Respondit ei Iesus: Ego palā locutus sum mūdo: ego semper docui in synagoga, & in templo, quo omnes Iudæi cōueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sim ipsis. Ecce ij sciunt quæ dixerim ego. Hæc autem cum dixisset, vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicēs: Siccine respondes pontifici? Respondit ei Iesus: Si male locutus sum, testare de malo: sin bene, cur me cædis? Et misit eū Annas vinctū ad Caiapham pōtificē. Stabat autē Simō Petrus & calefaciebat se. Dixerūt ergo ei: Num & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dixit: Nō sum. Dicit ei vnus ex seruis pōtifcis cognatus eius, cuius absciderat Petrus auriculā: Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negauit Petrus: & statim galilus cecinit. Ducunt ergo Iesum a Caiapha in prætorium. Erat autem mane, & ipsi non introierunt in prætorium, ne contaminarentur.

Matth. 27
Mar. 15

S E C V N D V M

Luc. 23; rentur, sed vt ederent pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? Responderunt, & dixerunt ei: Si non esset hic nocens, haud quaquam tibi tradidissemus eum. Dicit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & secundū legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quēquam. Vt sermo Iesu impleretur, quē dixit, significans qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterū in prætorium Pilatus, & vocauit Iesum, & dixit ei: Tu es ille rex Iudæorum? Respondit Iesus: A temetipso tu hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? Respondit Pilatus: Num ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Respondit Iesus: Regnū meū non est ex hoc mundo, Si ex hoc mundo esset regnum meum ministri mei utiq; decertarent, ne traderer Iudæis. Nunc autē regnum meum non est hinc. Dixit itaq; ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis, quod rex sim ego. Ego in hoc natus sum: & ad hoc veni in mundum, vt testimoniū feram veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cū hoc dixisset, iterū prodijt ad Iudæos, & dicit eis: Ego nullā inuenio in eo causam. Est autē consuetudo vobis, vt vnum dimittā vobis in pascha. Vultis ne ergo, dimittam vobis illum regem Iudæorū? Clamauerunt rursus omnes dicentes: Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.

C A P V T. XIX.

Matth. 27.
Mar. 15
Luc. 23
I Vnc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius, & veste purpurea circumdederūt eū, & dicebāt: Aue rex Iudæorū. Et dabāt ei alapas. Exiuit iterū Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco

I O A N N E M.

vobis eum foras, vt cognoscatis quod nullā in eo causam inuenio. Exiuit ergo Iesus foras, gestans spineā coronā, & purpureū palliū: & dicit eis: Ecce homo. Cum ergo vidissent eum pontifices & ministri, clamabant, dicētes: Crucifige, crucifige. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite: ego eū nō inuenio in eo causam. Responderūt ei Iudæi: Nos legem habemus, & secundū legē nostrā debet mori: quia filium dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonē magis timuit. Et ingressus est prætoriū, & dicit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi nō loqueris? nescis quod potestatem habeam crucifigendi te, & potestatem habeam absoluendi te? Respondit Iesus: Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset e supernis. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Et ex eo quærebat Pilatus absolvere eum. Iudæi autem clamabāt, dicentes: Si hunc absolueris, nō es amicus cæsaris. Quisquis se regē facit, cōtradicit cæsari. Pilatus autem cum audisset hunc sermonē, produxit foras Iesum, seditq; pro tribunali in loco qui dicitur Lithotrotos, Hebraice autē Gabbata. Erat autē parasceue paschæ, hora ferme sexta, & dicit Iudæis: Ecce rex vester. Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Responderūt pontifices: Non habemus regē nisi cæsarem. Tunc ergo tradidit eum illis, vt crucifigeretur. Acceperunt autem Iesum, & abduxerunt, atq; is baiulans crucem suam, exiuit in eum, qui dicitur Caluaria, locum, Hebraice autē Golgotha, vbi crucifixerunt eum: & cum eo alios duos hinc & hinc, mediū autem Iesum. Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucē. Erat autem scriptum: Iesus Nazarenus rex Iudæorū. Hunc ergo titulum

SECUNDVM

multi Iudæorum legerunt, quia prope ciuitatem erat locus, ubi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraice, & Græce, & Latine. Dicebāt ergo Pilato pontifices Iudæorū: Noli scribere, Rex Iudæorū, sed quod ille dixerit, rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi. Milites ergo cū crucifixi essent Iesum, acceperūt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuiq; militi partē & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, a summo contexta p̄ totum. Dixerunt ergo inter se: Ne scindamus eam, sed fortiamur de illa cuius sit. Vt scriptura impleteretur, dicens: Partiti sunt vestimēta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria vxor Cleophæ, & Maria magdalene. Cū vidisset ergo Iesus matrem ac discipulum astantem quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Postea sciēs Iesus, quod omnia iam cōsummata essent, vt consummaretur scriptura, dicit: Sitio. Vas igitur erat positum aceto plenum. Illi vero impleuerunt spongiam aceto & hyssopo, & impositam admouerunt ori eius. Cū ergo accepisset Iesus acētū, dixit: Consummatū est & inclinato capite tradidit spiritum. Iudæi ergo, quoniam parasæue erat, vt non remaneret in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frāgerentur eorum crura, ac tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: sed vnus militum lancea latus eius fodit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimoniū perhibuit: & verum est testimonium eius.

Psal. 21.

IOANNEM, 2

Et ille scit quod vera dicit, vt & vos credatis. Facta sunt enim hæc vt scriptura impleteretur: Os nō cōminuetis ex eo. Et rursus alia scriptura dicit: Videbunt in quem pupugerunt. Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph Arimathienis: qui erat discipulus Iesu, sed occultus propter metum Iudæorum, vt tolleret corpus Iesu: idq; permisit Pilatus. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Iesum, nocte primum, ferens mixturam myrrhæ & aloes ad libras ferme centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & obuinxerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autē in eo loco ubi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquā positus erat. Ibi ergo, ppter parasæuen Iudæorū, quod in propinquo esset monumentū, posuerunt Iesum.

Exo. 12.
Nume. 9.
Zach. 12.

CAPVT. XX.

Primo vero die sabbatorū Maria Magdalene venit mane, cū adhuc tenebræ essent, ad monumentū, videtq; lapidem sublatum a monumēto. Currit ergo, & venit ad Simonē Petrum, & ad alterum illum discipulum, quem amabat Iesus, & dicit illis: Sustulerunt dominū e monumento, & nescimus ubi posuerint eum. Exiit ergo Petrus & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum. Currebāt autem duo simul & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, venitq; prior ad monumentū. Et cum se inclinasset, vidit posita linteamina, nō tamē introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequēs eum, & introiuit in monumentū. Et vidit linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius nō cū linteaminibus positū, sed separatim inuolutū in vnum locum. Tunc ergo introiuit & ille alius discipulus, qui venerat prior ad monumentū: viditq; & credidit. Nōdum enim nouerant scripturam, quod oportuisset eum a

Matth. 28
Mar. 15.
Luc. 14

S E C V N D V M

mortuis resurgere. Abierunt ergo rursus discipuli ad semetipfos, Maria autem stabat ad monumentū foris plorās, Dum ergo fletet, inclinauit se in monumētum, & videt duos angelos amictos albis, sedentes vnum ad caput, & alterum ad pedes illic, vbi posuerant corpus Iesu. Dicunt ei illi: Mulier quid ploras? Dicit eis: Sustulerūt dominū meum, nec scio vbi posuerunt eum. Hæc cum dixisset, conuersa est retrorsum, & videt Iesum stantem, nec sciebat quod Iesus esset. Dicit ei Iesus: Mulier quid ploras? Quem quæris? Illa existimans quod hortulanus esset, dicit ei: Domine si tu asportasti eum, dicito mihi vbi posueris eum, & ego eum tollam. Dicit ei Iesus: Maria. Conuersa illa, dicit ei: Rabboni, quod dicitur magister. Dicit ei Iesus: Noli me tangere. Nondum enim ascendi ad patrem meum. Sed vade ad fratres meos, & dic eis: Ascēdo ad patrem meum & patrem vestrū, & deum meū & deū vestrū. Venit Maria Magdalene, annūcians discipulis, quod vidisset dominū, & ea dixisset sibi. Cum ergo vespera esset die illo qui erat vnus sabbatorū, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati ppter metū Iudæorū, venit Iesus, stetitq; in medio, & dicit eis: Pax vobis. Et cum hæc dixisset, ostendit eis manus ac latus suum. Gauisi sunt ergo discipuli, viso domino. Dixit ergo eis iterū: Pax vobis. Sicut misit me pater ita & ego mitto vos. Hæc cum dixisset, flauit in eos, & dicit eis: Accipite spiritū sanctum, Quorumcūq; remiseritis peccata, remittuntur eis, quorumcūq; retinueritis, retenta sunt. Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur didymus, non erat cum eis quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli. Vidimus dominum. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius vestigium clauorum, & mittā digitum meum in vestigium clauorū, & mittam manum meam in

Mat. 18.

I O A N N E M

latus eius, non credam. Et post dies octo iterū erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit, Pax vobis, deinde dicit Thomæ. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas admoue mauum tuā, & immitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed credens. Respondit Thomas, & dixit ei. Dominus meus & deus meus. Dicit ei Iesus. Quia vidisti me Thomas credidisti, beati qui nō viderūt & crediderūt. Multa quidē & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ nō sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, vt credatis, quod Iesus est Christus filius dei, & vt credentes vitam habeatis per nomen eius.

C A P V T. XXI.

Postea manifestauit se iterum Iesus ad mare Tiberiadis. Manifestauit autem sic. Erāt simul Simon Petrus & Thomas qui dicitur didymus, & Nathanael qui erat a Cana Galilææ, & filij Zebedei alijq; ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus, Vado piscatum. Dicunt ei. Venimus & nos tecum. Exierunt & ascēderūt in nauim statim, & illa nocte nihil ceperunt. Mane autē iam facto stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli quod Iesus esset. Dicit eis Iesus. Pueri, num quid obsonij habetis? Responderūt ei. Non. At ille dicit eis. Mittite in dextram nauigij partem rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille, quē diligebat Iesus Petro. Dominus est. Simon ergo Petrus cum audisset, quod dominus esset, tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autē discipuli nauigiolo venerunt, non enim longe aberant a terra sed circiter cubitis ducentis, trahentes rete piscium, Vt ergo descen

Luc. 5.

Luc. 24.

SECUNDVM

derunt in terram viderunt prunas positas, & piscem super positū,
& panem. Dicit ei Iesus. Afferte de piscibus quos prendistis nunc.
Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis pi-
scibus centum quinquaginta tribus. Et cum tot essent, nō est scissum
rete. Dicit eis Iesus. Venite prandete. Et nemo discipulorum aude-
bat interrogare eum, (dicens Tu quis es? cum scirent, quod do-
minus esset. Venit itaq; Iesus, & accipit panem, & dat eis, & piscē
similiter. Hac iam tertia vice manifestatus est Iesus discipulis suis
cum resurrexisset a mortuis. Cum ergo prādisset, dicit Simoni Pe-
tro Iesus. Simon Ioannis, diligis me plus his? Dicit ei. Etiam do-
mine, tu scis qđ amem te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei rursus
iterum, Simon Ioannis diligis me? Ait illi. Etiā domine, tu scis qđ
amem te. Dicit ei. Pasce oues meas. Dicit ei tertio, Simon Ioannis
amas me? Indoluit petrus, quod dixisset sibi tertio, amas me, dixit
ei. Domine, tu omnia nosti, tu scis qđ amem te. Dicit ei Iesus. Pasce
oues meas. Amen amen dico tibi, cum esses iunior, cingebas te, &
ambulabas quo volebas, cum autē senueris, extends manus tuas,
& alius te cinget, & ducet quo non vis. Hoc autem dixit, significās
qua morte glorificaturus esset deum. Et cum hoc dixisset, dicit ei,
Sequere me. Conuersus Petrus, videt illum discipulum, quem dili-
gebat Iesus, sequentem, qui & recubuit in cœna super pectus eius,
& dixit, domine, quis est ille qui tradit? hunc ergo cum vidisset Pe-
trus, dicit Iesu Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus Si eum velim
manere donec veniā, quid ad te? tu me sequere. Exiuit ergo sermo
iste inter fratres, quod discipulus ille non moreretur. Et non dixera-
t ei Iesus, non moritur, sed si eum velim manere donec veniam,
quid a te? hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, &

IOANNEM.

scripsit hæc. Et scimus, quod verum est testimoniū eius, Sunt autē
& alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipse,
opinor, mundus caperet eos qui scriberentur libros.

E V A N G E L I I S E C V N D V M
IOANNEM. FINIS.

Lipsiæ in ædibus Nicolai Fabri
Mense Febr. Anno dñi,
M. D. XXII.




IOANNES

IOANNES...
IOANNES...
IOANNES...

EVANGELII SECVNDVM
IOANNEM FINIS

IOANNES...
IOANNES...
IOANNES...



THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

